

# DISSERTATIO DE FINE ET MUNDI STATU POST JUDICIUM.

a Vide Philon. lib. Utium mundus sit incorruptibilis. Laert. l. 7. b Zeno apud Laert. l. 7. c Laert. l. 7. in Zenon. Seneca. Epist. 97. Totum hoc, quo continetur, & unum est, & Deus est. Manil. l. 1. Quod pateat mundum divino numine verti. Atque ipsum esse Deum. d Stoici apud Laert. l. 7. p. 454. e Vid. Menasse ben. Israel de resurrection. mort. l. 3. c. 4.

**D**E corruptione, & duratione mundi inter se Philosophi non convenere. Quidam enim æternum, incorruptibilem (a), animatum (b), & ipsum tandem Deum esse (c); quidam verò creatum, novum, corruptibilem, & transeuntem (d) putaverunt. Rabini (e) etiam eã de re dissident. Cabalisticæ perituro, & in nihilum reverturum; ceteri nunquam desituro opinati sunt; verumtamen ita desituro plerique defenderunt, ut ad statum perfectiorem redigatur. Fides & Catholica Religio discrimen dirimunt, quibus mundum, nempe terram, & ea, quibus ambitur, aerem, elementa per ignem absumenda esse erudimur. Terribilis hæc mutatio Dissertationis argumentum est. Primò igitur hic rationem; 2. tempus, quo mundus desinet; 3. tantum permurandus, vel prorsus in nihilum sit redigendus; 4. denique, permurandum tantummodo constituentes, ejus post Judicium statum perpendemus.

Ut plurimum de mundo Scriptura loquitur, non ut est reapse, sed ut nobis appareat. Terra, quam incolimus, veluti præcipua universi pars, cætera veluti terræ & homini accidentia, nobis exhibentur. Hinc sanè fit, ut, cum mundum flammis absumendum, celos novos, novamque terram creandam accipimus, quin Scripturæ veritati obstitamus, ea omnia de solâ, quam incolimus, terrâ explicare pronum sit. Hanc enim & Scriptura, & ipsi prophani Authores mundum sapissimè appellat, quamvis revera minimam tantum universi partem constituat. Vide Augustinum lib. 20. de Civitate Dei cap. 24.

## ARTICULUS I.

### De Mundi per ignem interitu.

**L**Oca, quibus Mundus per ignem absumendus præfertur, & plura sunt & perspicua. Cæli, inquit Ifaias (f), sicut fumus liquecent, & terra sicut vestimentum atteretur. Alibi etiam (g): Tabescent omnis militia Calorum, & complicabuntur sicut liber C. li. & omnis militia eorum. (nempe Sydera) a. f. em, sicut defluit fo-

f Isai. 51. 6. g Isai. 34. 4.

limum de vineâ, & de sicu. Domine, ait Psalmista (h), Cæli peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. . . tu autem idem ipse es. Petrus etiam (i): Adveniet dies Domini ut fur, in quo Cæli magno impetu transigent; elementa verò calore solventur; terra autem, & qua in ipsa sunt, opera exurentur.

Pluries Cæli novi, & novæ terræ Ifaias meminit (k): Ecce ego creo Cælos novos & terram novam, & non erunt in memoria priora. Cui loco alludit Joannes in Apocalypsi (l): Vidi cælum novum & terram novam, primum enim Cælum & primam terram abiit, & mare jam non est. Servator Dominus in Evangelio (m) de sæculorum interitu, & de secundo suo adventu sapissimè loquitur, cujus plurimas circumstantias in Epistolâ ad Thessalonicenses S. Paulus congesti (n).

Qua de re, quam Judæi, & Christiani Fideles Fide sciunt, utrorumque testimonia referre supervacaneum ducimus. Ipsi etiam Philosophi hunc veritatis subscribere. Mundum à flammis prius absumptum, ex mediis deinde flammis ad formam pulchriorem reformandum, Heraclitus est arbitratus (o): Stoici præterea ab eadem sententiâ non discessere. Cicero verò suam mentem in 2. libro de natura Deorum dilucidè aperiens, Ex quo, ait, eventurum, ut ad extremum omnis mundus igne seceret, cum humore consumpto, neque terra aliosset, neque remaneret aer, cujus ortus aquâ omni exhausa, esse non posset: ita relinquere nihil præter ignem, à quo rursus animantia, ac Deo, renovatio mundi fieret, &c. Lucanus (p), ad Julium Cæsarem carmen convertens, inane esse dixit hæc corpora flammis absumere, quæ unâ cum cæteris terris aliquando fuerint consumæ:

Hic, Cæsar, populos si nunc non uferit ignis, Uret cum terris, uret cum gurgite pontis, Communis mundo superest rogas.

Lucretius mundum aliquando dissolvendum Memmio ostendit, cum ab elementis ad eò contrariis, aquâ nempe, terrâ, & cælo, constituitur [q].

..... Tria talia texta Una dies dabit exitio; multosque per annos Sustentata ruet moles, & machina mundi. Ovi-

h Psal. 101. 27. i 2. Petr. 3. 10. &c.

k Isai. 65. 17. & 66. 22.

l Apoc. 21. 1.

m Matth. 13. 39. & 24. 3. & 28. 10.

n 1. Thessal. 5. 1. &c. & 2. Thessal. 2. 2. &c.

o Simplicius Comment. in Arist. de Cælo. l. 1. c. 9.

p Lucan. l. 7. prope finem.

q Lucret. l. 4.

Ovidius veterem populorum traditionem memorat, qui cælos, terram, mare comburenda, & mundum in nihilum reverturum tenent (r).

r Ovid. Metamorph. 1.

Esse quoque in fati reminiscitur, adfore tempus, Quo mare, quo tellus, correptaque regia Cæli, Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Physici etiam, & Astronomi (s) ex ipsâ naturâ Universi dissolvendi argumenta ducunt; plures enim terrarum mutationes animadvertunt, quæ mundi infirmitatem, & senectutem ostendunt. Scire debet, inquit Cyprianus ad Demetrianum, senassem jam mundum, non illis viribus stare, quibus steterat, nec vigore, & robore eo valere, quo ante prævalebat. Hoc mundus ipse Cæli, statum, & occasum sui rerum labentium probatione testatur.

Copernicus, Joachimus Rhætius, Gemma Frisius (t), Solem ad terram nimium accedere, comperit habent. Si terra, sicut immoderato frigore quandoque vexatur, ut anno 1709. contigit, ita etiam ita immodico, & assiduo calore torqueatur, ut à frigore, & humiditate in terræ visceribus veluti carcere inclusus, subterraneus ignis erumpat, quomodo per Ætnam, & Vesuvium sæpè solet; & ignibus, rebusque combustionis aptissimis, quibus interitus tellus exteriusque abundat, adjungatur, statim utique fiet, ut flammæ undique per orbem dilatate, quodcumque pabulum nactæ fuerint, prorsus absumant. Omni flagrante materia, uno igne quidquid nunc ex disposito lucet, ardebit (u).

Mundi verò, quem nos scimus, interitus naturæ opus minimè fuerit, sed Potentia Dei prodigium, qui tempore à sua Providentiâ statuto, ut Electorum numerus, & sua de humano genere decreta, adimpleantur, elementis, quæ inter se coherentia mundum constituunt, & servant, permittit, ut bello sibi indico, invicem decertent, & sua ipsorum opera evertant. Exceptatio (x) creaturæ revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe; quia, & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Quoniam igitur, juxta S. Petrum (y), Cæli, qui nunc sunt, & terra igni reservati sunt in diem judicii, & perditionis impiorum hominum; an ignis ille Judicium antevertet, an subsequetur, inquirimus. Qua de re inter Doctores non convenit; alii enim ante, alii post judicium statuant; alii denique mediâ viâ incedentes, ignem ante Judicium aggressurum, eo Judicii intervallo prosequiturum, post Judicium mundi consumptionem impleturum arbitrantur. Quæ fusius hic explicanda.

Ignem Judicio præiturum illud Psalmorum probat (z): Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt conflagrationes ejus orbi terræ. Dissert. Calmet Tom. II.

ra: vidit, & commota est terra. Montes, sicut cera, fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Annunciaverunt Cæli justitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus. Præterea ab Apostolo accipimus (a): Uniuscujusque opus manifestum erit; dies enim Domini declarabit, quia, in igne revelabitur; & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Quibus Judicio ignis præiturus satis innuitur, cum omnium opera, antequam coram Judice stuantur, igne probanda referentur.

S. Thomas ex Epistola ad Romanos hæc etiam (b) allegat: [c] Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subiecta est, non volens; sed propter eum, qui subiecit eam in spe; quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quibus planè creaturæ, instar Beatorum corporum, quidem ante Judicium, innovandæ ostenduntur. Alter denique Apostoli textus profertur (d): Si cuius opus arerit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Nostra igitur opera, priusquam coram Jesu Christo, ut de nobis judicet, statuamur, probentur, & igne purgantur, oportet. Cæli, inquit Petrus (e), qui nunc sunt, & terra igni reservati sunt in diem judicii, & perditionis impiorum hominum. Paulus etiam (f): Revelabitur Dominus Jesus de Cælo cum Angelis virtutis ejus, in flammâ ignis dantis vindictam illis, qui non noverunt Deum.

Ex his omnibus ignis Judicio præiturus satis ostenditur, quod ab unanimi S. Thomæ (g), Magistri Sententiarum, Paludani, Durandi, Majoris, Richardi, Gibriliis, Soti & aliorum consensu probatur [h]. Nihilominus Augustinus, post Judicium, & mortuorum resurrectionem ignem arsurum putat. Primò, inquit, Eliæ adventus; deinde Judæorum conversio; Antichristi persecutio; Jesu Christi Judicium; mortuorum resurrectio; Justorum ab improbis discretio; incendium denique & totius mundi innovatio (i). Alibi etiam Cælum hoc, & hanc terram peracto Judicio desituro asserit, & Cælum novum, novamque terram constituit (k), juxta illud Apocalypsis (l): Vidi Thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & Cælum.

Cedo hic ejusdem Augustini verba, quibus post Judicium orbis innovationem futuram dilucidè ostendit: Peracto quippe Judicio, tunc esse desinet hoc Cælum, & hæc terra, quando esse incipiet Cælum novum, & terra nova. Eodem etiam de Civitate Dei Libro sibi objicit [m]. Si tantum post Judicium orbis est comburendus, & ignis Cæli & terræ innovationi præbit, ubi Sanctorum corpora vitæ jam restituta eo universalis conflagrationis intervallo morabuntur? Respondet, Sanctos se in superiores aeris regiones elaturus, quod flammæ non ascendet, quemadmodum & quindecim tantummodo cubitis montes altissimos diluvii unda superexcessit. Talia quippe, subdit, illis incruent corpora, ut illic sint, ubi

a 1. Cor. 3. 13.

b S. Thom. in 4. dist. 47. qu. 2. art. 3. c Rom. 8. 19. &c.

d 1. Cor. 3. 15.

e 2. Petr. 3. 7.

f 2. Thess. 1. 7. & 8.

g D. Thom. in 4. dist. 47. h Vid. Tenam in Epist. ad Hebr. c. 1. dist. 13. sect. 6. & Cornel. à Lapid. in 2. Petr. 3. 7.

i Aug. de Civitate Dei l. 20. c. 30. n. 5. k Idem de Civitate Dei l. 20. c. 14. l Apoc. 20. 11.

m Aug. de Civitate Dei l. 20. c. 18.



n Tena in Ep. ad Hebr. c. 1. difficul. 13. scilicet. 7. o Cornel. in 2. Petr. 2. 7. p Acofta, & Scholasticus apud Tenam loco citato. q D. Thom. in 4. diff. 47. & Bonav. ibid. & Less. de Divin. Attrib. l. 13. c. 20. r Origen. in Luc. hom. 14. Vide & hom. 3. in Pfal. 36. s Ambros. in Pfal. 36. n. 26. Va mihi, si opus meum arserit, & laboris huius patiar detrimentum! & si salvos faciet Dominus servos suos, salvi erimus per fidem; sic tamen salvi quasi per ignem; & si non exurimur, tamen uremur. &c. Vide & in Pfal. 118. serm. 3. n. 14. Est etiam Baptismus in Paradisi vestibulo, quod antea non erat; sed postquam peccator exclusus est, capit esse romphaa ignea, quam posuit Deus &c. i Ambros. in Pfal. 118. ser. 20. n. 12. u August. serm. olim 16. ex hom. 50. nunc 252. in append. n. 3. x Sermon. olim 82. de tempore nunc 15. in append. tom. 5. nov. edit. n. 4. y Hilar. in Pfal. 118. lit. 3. n. 12.

ubi esse voluerint; sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent, immortales, & incorruptibiles facti.

Ludovicus Tena (n) & Cornelius à Lapide (o), ut sententiam utramque componant, à Deo ignem, qui orbem absumet, primò excitandum ferunt; sive Deus ignem illum juxta aliquos ab inferiseducturus sit; sive è cælo, juxta alios, demittat, ut olim in Sodomam, aliasque flagitiosas Urbes demisit; sive denique res ipsas terrestres combustioni aptas per Angelos incendat, ut Scholasticos vulgo arbitrantur (p). Prior iste ignis, qui statim omnem terræ superficiem comburet, atque homines omnes & animalia interficiet (q), in omnem omnino orbem effusus omnia vorabit, præter eam telluris partem, quæ Dominò ibidem Judicium exercente, veluti Divinæ Justitiæ theatrum constituetur. Judicio peracto, partes ignis subtiliores in locum sibi naturalem, nempe, ut ajunt, in ignis regionem supra aerem, revertentur; partes verd crassiores unâ cum improbis in inferos detrudentur. Verumtamen hunc rerum ordinem Contemplantium, & Scholasticorum potius meditamentum habemus; fatiusque ducimus ea silentio præterire, de quibus non nisi temere loqueremur.

Veterum Patrum plurimi ignem, quo mundus comburetur, in homines singulos Divinæ Justitiæ instrumentum futurum ducunt. Omnes per ignem transibunt, & uniuscujusque opus ignis probabit. Justis omnibus foribus, quibus fortè abstergendi erunt, purgabuntur; quare & post ultimam diem Purgatorium desinet. Qui verd, quibus purgentur, caruerint, puriores ab igne egredientur, quemadmodum pretiosiora metalla, quin seu ledantur, seu minuantur, ab igne educuntur.

Ego puto, inquit Origenes (r), quid & post resurrectionem ex mortuis indigeamus Sacramento eluente nos, atque purgante, nemo enim absque foribus resurgere poterit. Quo autem in alterâ vitâ baptisinate abluamur, nisi igne, per quem transibimus? Cui quidem opinioni, post Origenem, Ambrosius subscribit (s): Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad Paradisum redire desiderant. . . . Omnes oportet transire per flammam &c. (t). Putat præterea, ignem illum designatum fuisse per Angelum, qui flammeo gladio Paradisi recessis aditum tuebatur. Duo Sermones, quos Augustino olim tribuerunt [u], omnes homines post Judicium per ignem transituros ferunt, flammam ve d aliquo modo intelligentes eâ tantum poenâ nos affecturas, quam peccata nostra reposcent. Quanta fuerit peccati materia, & pertransundi mora; quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit quadam flamme rationis disciplina. Author idem (x) Jacob Patriarcham omnibus maculis in hac vitâ à Deo purgatum asserit, ut in alterâ nil, quod ureret, ignis iste reperiret. Ab illo omnes maculas peccatorum abstulit, ut in eo ignis ille arbiter, quod exureret, invenire non posset.

S. Hilarus (y) pluries hujus ignis me-

minat, quo homines etiam Justis post hanc vitam comburentur. Quis diem illum terribilissimam concupiscat, qua vel inanum verborum ratio nobis erit reddenda, quæ ve terribili peccatis nos abstergente, igne vexabimur? An cum ex omni otioso verbo rationem simus præstituri, diem Judicii concupiscemus, in quo nobis est ille indefessus ignis subeundus? &c. Hunc ignem baptismi nomine appellat (z).

Hujus ignei baptismi, qui nos Judicii die à foribus absterget, & apud Basilium mentio [a]; & probos & improbos per ignem transituros Lactantius (b) asserit, hoc tamen discrimine, quod probi nullâ poenâ à flammis afficiuntur; Tantâ enim virtus est innocentia, ut ab eâ ignis ille refugiat innoxius, qui accepit à Deo hanc potentiam, ut impios urat, Justis obtemperet. Improbi è contra comburentur, quin absumantur: Nam divinus ignis unâ eademque vi, atque potentia & cremabit impios, & recreabit. Et quantum è corporibus absumet, tantum reponet; ac sibi ipse æternum pabulum subministrabit, quod Poeta in vultu-rem Titii transfulerunt.

S. Thomas (c), S. Bonaventura (d), Lessius (e), & alii plures ab igne, qui Judicio præbit, omnes homines & bonos & improbos interimendos, & poenâ peccatis, quibus quisque invenietur obnoxius, respondente, torquendos esse arbitrantur; Justis verd ab omni omnino forde immunes nullo dolore cruciabuntur. Cateri eas, quas culpe exegerint, poenas rependunt. Nil sanè prohibet, quominus ignem hoc sensu explicatum Judicio præitrum admittamus, qui & singulos, & singulorum, qui tunc temporis vel in vivis, vel in Purgatorio degerint, opera probabit. Verumtamen & Beatos jam diu Deo perfuantes, & Justos ab omni omnino labe immunes eodem igne minimè purgandos esse, Catholicâ Fide erudimur.

ARTICULUS II.

Quandonam Mundus exitum habiturus sit.

Q Uæstio est sæpè agitata, nunquam soluta. Aegyptii (f), qui post evolutos 36525. annos astra omnia ad idem punctum redactum iri comminiscuntur, eundem mundo terminum præscribunt; post hæc enim veterem diluvio quod hyemi, sive incendio quod æstati nostræ quodammodo respondebit, dissolvendum, ut novus emergat mundus, autamarunt [g]. Quam quidem mundi innovationem sapius antehac contigisse, & iterum eventuram addunt.

Stoici (h), ante quos & Heraclitus Ephesius, Aegyptiis per omnia ad stipulantur. Aristarchus apud Censorinum annorum evolventorum numerum statuit 2484. Arctas Dyrachii 5552. Heraclitus & Linus 18000. seu 18000. Dio 10884. Orpheus 100020. Callander 603000. Alii demùm hunc Cœli, & aërorum ad idem signum regressum im-

z In Psal. 118. lit. 3. n. 4.

a Basil. in Isai. 4. p. 124. b Lactan. l. 7. de verâ Sap. c. 21.

c S. Thom. in 4. diff. 47. d Bonavent. in 4. diff. 47. e Less. l. 13. de Divin. Attrib. c. 20. Vide & Cornel. in 2. Petr. 3. 10. & Tenam loco citato.

f Vide si placeat Maribam. Canon. Aegypti p. 10. 11.

g Aristot. Meteor. l. 1. c. 14. Censorin. de Die Natali c. 18. Est præterea annus, quem Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem Solis, & Lunæ, & vagarum, que quinque stellarum orbis conficiunt, tum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, unâ referuntur, cujus anni lyems summa est cataclysmos quam nostris diluviis vocant; alius autem, emptyrosi, quod est mundi incendium. h Origen. contr. Cels. l. 5. im.

i Joseph. Antiq. l. 1. c. 3.

k Aug. l. 12. de Civit. c. 11. & 13.

l Origen. l. 3. c. 5. Peri Archa. m Eccles. l. 9.

n Rab. Abrab. Barbybia in lib. Megilat, Hamegila, apud Menasse Ben-Israel loc. cit. l. 2. c. 1.

o Marc. 3. 32. p 2. Petr. 3. 10.

impossibilem censent. Josephus hanc annorum supputandorum investigationem (i) Adamo tribuere videtur. Cum enim, inquit, universalem mundi interitum per diluvium primò, deinde per incendium oraculo prænucciasset, filii Seth sua astronomica inventa duabus columnis inscripserunt, quarum alteram lateritiam, ut igni, alteram lapideam, ut aquis superesset indemnis, excitarunt. Ipse autem Josephus totam annorum summam intra annos 600. concludit.

Plato, ejusque Sectatores, & Origenes futurum esse putarunt, ut plures mundi sibi invicem succederent. Hanc opinionem refert, & refellit Augustinus (k); ostendit enim fieri non posse, ut ex mundo, & ex hominibus & animalibus omnibus vel diluvio, vel igne consumptis, alia viventia renascantur, nisi id præstitit nova creatio, quam Philosophi naturæ donare non dubitaverint. Revera nonne inane esset omnium hominum speciem paulò post restituendam prorsus delere? Nonne tot mundi pereuntis, & redeuntis vices quædam præferunt inconstantiam, à qua Divinitas omnino abhorreat? Origenes (l) ad mundi pluralitatem, successionemque probandam, illud Ecclesiastæ (m) asserit: Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est, quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole novum; nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est; jam enim præcessit in sæculis, qui fuerunt ante nos.

Rabbinus Barbybia (n) docet, Philosophos de mundo resolvendo, vel innovando inter se satis convenire; satis vicissim de ætate, qua mundus abfolvetur, dissidere. Alii enim annis 4320000. alii 56000. illam abfolvendam censent: quo annorum spatio astra omnia ad idem suæ creationis punctum regressura opinatur. Alii denique annis 360000. alii 49000., alii 7000. mundum permanfurum putant: quo temporis spatio evoluto, ad suum Chaos revertentur, deinde ad statum priori simillimum restituendum ferunt. Hi Philosophi subdit Rabbinus, à suis Patribus de mundo abfolvendo traditionem fortè acceperant; sed malè in Planetas & astra, quorum motus & aspectus nihil ad rerum sublanarium neque durationem, neque naturam conducunt, mundi interitum referbant.

Revera de Philosophorum sententia, per causas tantùm naturales mundus innovandus esset: sicut nostri anni ordinarii vices, hyems, æstas, nox, dies sibi naturaliter succedunt. At de mundi interitu diversam nobis ideam ingerunt Scripturæ, à quibus dies illa præferunt, veluti dies Divinæ ultionis, cui omnia iracundiæ Dei signa præbunt; dies præterea, qua nedum homines, Angelos etiam latet [o], quæ veluti fur per noctem supervenient (p). Discipulis de mundi ultimâ die postulantibus Jesus Christus respondit, id ex iis esse, quorum scientiam æternus Pater sibi reservavit; ab ipsis etiam Angelis ignorari, neque inter ea recenseri, quæ Pater

per se suum Filium hominibus aperiri statuerat (q): De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli in Cælo, neque Filius, nisi Pater.

Quæ omnia quamvis extremam mundi diem incertissimam præferant, nihilominus Veterum plurimi mundi ætati annos 6000. præscribunt, quorum bis mille in statu naturæ sine Lege, & bis mille sub Lege transactis, bis mille sub Messia transigendos statuunt. Quare, juxta Chronologiam, cui nunc vulgò adherent, quæve Jesu Christi Nativitatem post annos 4000. à creatione mundi constituit, modò usque ad mundi exitum minùs quàm anni trecenti superessent.

Hæc verd sententia non aliunde ortum duxit, nisi à veteri Traditione (r) ejusdem Eliæ (alterius à Propheta), qui post Babylonicam captivitatem, annis 154. post restitutum secundum Templum floruit. In Talmud annis 6000. permanfurus dicitur mundus, desiturus in uno: quod Rabbinus plures (s) de septimo quodam millennario explicant; cuius intervallo in vetus Chaos mundus resolvetur; post resolutionem novus iterum excitabitur, qui 6000. annis peractis, & ipse in suum Chaos redigetur; quibus vicibus iterum iterumque evolutis plures mundi evertentur, plures constituentur, usque dum 49000. annorum numerus abfolvatur. His tandem absumptis, Cælum & terra in nihilum redibunt. Quam quidem sententiam Scripturis fulcire conantur, mos enim apud Rabbinos invaluit, ut nihil asserant, quin Scripturis probent, sive aptè, sive ineptè illas allegent.

Sicut igitur, inquit, sex diebus mundus est constitutus, ita annis 6000. consistet, anni enim 1000. veluti dies una coram Deo reputantur (t). Porro litera Aleph, quæ mille significat, sexies primo Genesis versiculo interferitur. Dominus denique in Lege jubet (u), ut tellus sex annis exculta unius anni otio concedatur, utque septem annorum transactis hebdomadis, nempe anno quoque quinquagesimo, Jubileum celebretur. Per sex annos, anni sexies mille durationis mundi; per annum verd Jubilei ultima resolutio, & universi totius everfio designantur.

Cum verd, ut traditione acceperunt, & supputatione investigarunt, Messias adventurus sit duobus ultimis vel ingredientibus, vel decurrentibus millenariis, cumque sextum jam valde deflexerit, quin eorum statum in meliorem mutatum viderint, seu fortunæ iam melius brevè vertendæ spem ullam conceperint, opinionem de mundo post annos 6000. evertendo penitus rejecerunt (x).

Verumtamen eadem de mundi ætate per annos 6000. abfolvendâ sententia apud Patres invaluit, & à quibusdam ultimis seculi Doctoribus defenditur. Eandem amplexi sunt Cyprianus (y), Lactantius (z), Ambrosius (a), Hieronymus (b), Augustinus (c), Irenæus (d), Hilarus (e), Gaudentius Britannicus (f), Author Quæstionum ad Orthodoxos, sub nomine Justini Martyris (g), &

q Marc. 13. 32.

r Gemar. Abod. Zarac. r. Vide, si placeat, Martend. l. 1. c. 28. & 29. 30. de Antichristo. s Vide Menasse Ben-Israel, l. 3. de resurrex. mortuorum. c. 4. p. 271.

t Pfal. 89. 4. u Exod. 23. 11. x Vide R. Mos. 11. 12. de Leon in Sepher Hamiscal. Vide alios apud Menasse Ben-Israel l. 3. de resurrex. mortuorum c. 4. y Cyprian. ad Fortunat. de exhortat. ad Martyrium. z Lactan. l. 7. c. 14.

a Ambros. in Luc. l. 7. c. 2. b Hier. Ep. ad Cyprian.

c Aug. de Civit. l. 20. c. 7. d Iren. l. 5. c. ult.

e Hilar. can. 17. in Matib. seu cap. 17. p. 693. nov. Edit. Vide notas Coutantii ibidem.

f Gaudent. Britannicus. tract. 10. g Justin. quæst. 71.